

## 11. Verleihung des Präsentationsrechts für Chorherrenstellen, Pfründen, Propsteien und andere kirchliche Ämter an der Fraumünsterabtei, dem Grossmünsterstift und dem Chorherrenstift Embrach während der ungeraden Monate jedes Jahres durch Papst Sixtus IV. an die Stadt Zürich

5

1479 Juli 8. Rom, St. Peter

**Regest:** Papst Sixtus IV. erteilt Bürgermeister, Rat und Zunftmeistern der Stadt Zürich das Vorschlagsrecht für Chorherrenstellen, Pfründen, das Amt eines Propstes und andere kirchliche Ämter der Fraumünsterabtei, des Grossmünsters sowie des Stifts Embrach, die in den päpstlichen Monaten frei werden. Die auf diese Stellen Gewählten sind jedoch verpflichtet, sich innert sechs Monaten nach ihrer Einsetzung bei der apostolischen Kammer in Rom zu melden und die betreffenden Gebühren (Annaten) zu entrichten, sofern ihre jährlichen Einkünfte über 24 Gulden betragen.

10

**Kommentar:** Die vorliegende, durch Papst Sixtus IV. erteilte Bulle ermöglichte es dem Rat der Stadt Zürich, fortan massgeblichen Einfluss auf die personelle Zusammensetzung dreier der wichtigsten geistlichen Körperschaften in seinem Herrschaftsbereich auszuüben. Hintergrund für diese erstarkte Stellung der Stadt war nicht zuletzt die Bündnispolitik von Sixtus IV., der sich mit der Vergabe umfangreicher Privilegien die militärische Unterstützung der Eidgenossen zu sichern suchte. In diesem Zusammenhang erhielt Zürich ebenfalls im selben Jahr vom Papst einen fünfjährigen ausserordentlichen Ablass zur baulichen Renovation von Grossmünster, Fraumünster und Wasserkirche zugesprochen (SSRQ ZH NF I/1/3, Nr. 12). In den 1480er Jahren folgten seitens des Rates verschiedene Vorstösse mit dem Ziel, seinen Einfluss auf die Ökonomie des Grossmünsterstifts und der städtischen Klöster sowie die Lebensführung der Geistlichkeit auszuweiten. In diesen Zusammenhang gehören die Ordnung betreffend die Amtsführung der Chorherren des Grossmünsters sowie die Einsetzung städtischer Klosterpfleger (SSRQ ZH N I/1/3, Nr. 20; SSRQ ZH NF I/1/3, Nr. 21).

15

20

Zur vorliegenden Urkunde vgl. Dörner 1996, S. 29; Meyer 1986, S. 141-142; zur Ausübung des Präsentationsrechts durch den Rat vgl. SSRQ ZH NF I/1/3, Nr. 66; zur Bündnispolitik von Sixtus IV. vgl. Stoecklin 1941.

25

Sixtus episcopus, servus servorum dei, ad perpetuam rei memoriam. Romanus pontifex, Petri regni celestis clavigeri successor et Jesu Christi vicarius, illa, cum ab eo petitur, de sedis apostolice liberalitate et munificentia statuit et ordinat, per que ad eum et sedem predictam sincere gerentes devotionis affectum aliis se reddere possint gratiosos, et ecclesie quecunque ydonearum personarum letentur successibus.

30

Sane pro parte dilectorum filiorum magistri civium, consulum et scabinorum communitatis opidi Turicensis, Constantiensis diocesis nobis nuper exhibita petitio continebat, quod si perpetuo statueretur et ordinaretur, quod quotienscunque de cetero canonicatus et prebendas ac preposituras, necnon alia dignitates, personatus, administrationes et officia ac beneficia ecclesiastica sanctorum martirum Felicis et Regule abbatis et prepositure nuncupatorum predicti opidi, necnon sancti Petri Imbricensis dicte diocesis ecclesiarum in mensibus apostolicis duntaxat vacare contigerit, predicti et pro tempore existentes dicti opidi Turicensis magister civium, consules et scabini ad canonicatus et prebendas

40

ac preposituras dignitates<sup>a</sup>, personatus, administrationes et officia ac beneficia huiusmodi personas ydoneas dilectis filiis dictarum ecclesiarum respective capitulis presentare ac capitula huiusmodi presentatas personas ad presentationes huiusmodi respective instituere possent et deberent, profecto ecclesia huiusmodi ydonearum personarum successibus letarentur, ac magister civium, consules et scabini predicti sibi gratis et acceptis personis gratiosos se reddere valerent.

Quare pro parte magistri civium, consulum et scabinorum predictorum nobis fuit humiliter supplicatum, ut quod quotienscunque de cetero preposituras in quibusvis ac canonicatus et prebendas ac beneficia ecclesiastica necnon alia dignitates, personatus, administrationes et officia ecclesiarum huiusmodi in mensibus apostolicis duntaxat vacare contigerit, predicti et pro tempore existentes dicti opidi Turicensis magister civium, consules et scabini ad canonicatus et prebendas preposituras dignitates personatus administrationes et officia ac beneficia huiusmodi personas ydoneas eisdem capitulis respective presentare ac capitula huiusmodi presentatas pro tempore personas ad presentationes huiusmodi prespective instituere possint et debeant perpetuo statuere et ordinare aliasque in premissis oportune providere de benignitate apostolica dignaremur.

Nos igitur, qui cunctis presertim nobis devotis personis continuo nos liberales exhibemus huiusmodi supplicationibus inclinati, ut quotienscunque de cetero canonicatus et prebendas ac preposituras etiam si ille in dictis ecclesiis dignitates principales fuerint et ad eas ac alias dignitates necnon personatus, administrationes et officia huiusmodi consueverint qui per electionem assumi eisque cura immineat animarum ac dignitates etiam principales, personatus, administrationes, officia et beneficia huiusmodi dispositioni apostolice etiam ex quavis alia causa reservata existant necnon alia dignitates, personatus, administrationes et officia ac beneficia ecclesiastica ecclesiarum huiusmodi quecunque, quotcunque et qualiacunque sint extra Romanam curiam si preposituras in quibusvis et alia beneficia predicta in mensibus apostolicis duntaxat vacare contigerit, predicti et pro tempore existentes dicti opidi Turicensis magister civium, consules et scabini ad canonicatus et prebendas, preposituras, dignitates, personatus, administrationes et officia ac beneficia predicta personas ydoneas etiam quecunque, quotcunque et qualiacunque beneficia ecclesiastica obtinentes et expectantes perinde ac si aliqua a sede predicta vel eius legatis expectative gratie aut super illis reservationes, provisiones, uniones, annexiones et incorporationes ac de reservando, uniendo, adnectendo et incorporando seu providendo mandata non emanassent vel existerent eisdem capitulis respective presentare, ac capitula huiusmodi presentatas pro tempore personas ad presentationes huiusmodi respective instituere possint et debeant, auctoritate apostolica tenore presentium perpetuo statuimus et ordinamus.

Volumus autem, quod presentande ad canonicatus et prebendas, preposituras, dignitates, personatus, administrationes, officia et beneficia predicta ac in eis instituende persone super canonicatibus et prebendis, preposituris, dignitatibus, personatibus, aministracionibus, officiis et beneficiis predictis, ad que presentate et institute fuerint, si illorum fructus, redditus et proventus viginti quatuor florenorum auri de camera secundum communem estimationem valorem annum excedant, infra sex menses a die institutionis de eis faciente computandos a sede predicta novas provisiones impetrare et litteras desuper expedire ac camere apostolice de illorum annata seu mediis fructibus satisfacere teneantur, alias presentatio et institutio predictae de eis facte nullius sint roboris vel momenti. Non obstantibus quibusvis gratiis expectativis de reservationibus, unionibus, annexionibus, incorporationibus, provisionibus ac de reservando, uniendo, annectendo, incorporando ac providendo mandatis a nobis aut sede predicta pro tempore factis, que ad dignitates, etiam principales, personatus, administrationes, officia et beneficia alia ecclesiarum huiusmodi decernimus non extendi, ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis, statutis quoque et consuetudinibus ecclesiarum huiusmodi iuramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis ceterisque contrariis quibuscunque. Nos enim ex nunc irritum decernimus et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum statuti, ordinationis, voluntatis et constitutionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursurum.

Datum Rome apud Sanctum Petrum, anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo septuagesimo nono, octavo idus iulii, pontificatus nostri anno octavo.

[Kanzleivermerk auf der rechten Seite der Plica:] Guido Bonattus

[Vermerk auf der Rückseite:] Registrata apud me, L. Grifum

[Vermerk auf der Rückseite von Hand des 16. Jh.:] Bapst Sixtus

[Vermerk auf der Rückseite von Hand des 16. Jh.:] Bâpstliche frygheit, das wir zû der appty und bropsty Zürich, deßglich zû sant Petters gestift zû Embrach alle bropstigen, chorherren und ander pfründen, ouch âmpter etc, inn bâpstlichem manot gfallen, verlichen sollen und mogent. 1479

[Vermerk auf der Rückseite:] [...]<sup>1</sup>

**Original:** StAZH C I, Nr. 17; Pergament, 54.0 × 33.5 cm; 1 Siegel: Papst Sixtus IV., Bulle, rund, angehängt an Schnur, gut erhalten.

**Edition:** Rohrer 1878, S. 46-49. – **Regest:** REC, Bd. 5, Nr. 15194.

<sup>a</sup> Korrigiert aus: dignitas.

- <sup>1</sup> *Auf der Versoseite finden sich ausführliche, später hinzugefügte Notizen in lateinischer Sprache. Diese stammen von Chorherr Johannes Häring und einer weiteren Hand und werden hier nicht transkribiert. Zu Häring vgl. Meyer 1986, S. 375-376.*